



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1601. usque ad annum 1605

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1776**

**VD18 90118790**

§. 149. Gesta hujus Pontificis ante illius electionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67204](#)

Cardinales quoque omnes singulari ac Sæc. XVII.  
vere paterna complectebatur benevo- A. C. 1605.  
lentia, eos tamen enixe rogabat, ne  
unquam, quod suam conscientiam gra-  
varet, ab eo peterent, de cetero se  
nihil, quod Deo placeret, ipsis peten-  
tibus denegaturum pollicebatur. Præ-  
terea cunctos, a suis Prædecessoribus  
provisos in suis Officiis, atque Orato-  
res in suis Legationibus confirmabat:  
Arigonum Cardinalem Datariæ, ut  
vocant, Capponium vero Pontificio æ-  
rario præfecit, subjectas quoque Pro-  
vincias, quantum poterat, vectigalibus  
a Clemente VIII. ad alendos milites im-  
politis exonerabat, id petente Anto-  
nio Maria Gallo, quem eo ex nomine  
lau abat, quod pro prima gratia non  
privatum ab eo postulasset Beneficium.  
Porro plurimis aliis prorsus egregie ge-  
ftis spem de se conceptam, quæ suis  
meritis adhuc inferior erat, opere  
compleverat.

### §. CXLIX.

#### *Gesta hujus Pontificis ante illius electionem.*

Hic idem Pontifex ex Medicæa Fa- Ciacon. l.c.  
milia, ex qua intra unius sæculi Abregé de  
spatium tres ad summum Pontificatum l'hist. Eccles.  
eyecti floruere, anno Christi millesimo tom. 10.

Oo 5

quin-

Sæc. XVII. quingentisimo trigesimo quinto Floren-  
A.C. 1605 tiæ natus Alexander Octavianus no-  
minabatur, qui ingenuis, piisque mo-  
ribus imbutus, ac scientiarum laude  
clarus Ecclesiasticæ militæ post Missa  
suæ obitum nomen dabat, nonnisi jugi-  
vinæ legis meditatori, ac virtutum ex-  
citiis vacans; cum autem ingenii pre-  
stantis, acris judicii, atque excelli-  
nimi donis liberaliter esset auctus, pri-  
mo Pistoriensis Episcopus, postea al-  
Pium V. Etrusci Ducis Orator, ac de-  
mum Florentinus Archipræsul remu-  
tiabatur: Pervulgata autem suæ pro-  
dentiæ, ac Religionis fama a Grego-  
rio XIII. Cardinalium Collegio adla-  
ptus, a Clemente VIII. cui hujus libri  
integritas, atque in rebus bene gene-  
dis dexteritas probe cognita erat, ut  
conciliandam universæ Europæ pacem  
Legatus decernebatur, quo munera  
præcipue in Galliis, ubi ligæ reliquias  
ad obsequium reduxerat, tanta noui-  
nis sui gloria, ac Regni utilitate for-  
gebatur, ut Henricus Rex ipsem et Cle-  
menti gratias egerit, quod Virum pro-  
bit te, prudentia, moderatione ac lit-  
gulari erga coronam Gallicam proper-  
fione conspicuum ablegasset. Eo in-  
tempore, quo Romæ agebat, omni-  
nia ferme sua bona in exornandas Ec-  
clesias & sublevandas pauperum nece-  
fitates

Sæc. XVII.  
A. C. 1605.

sitates profundebat, insigne prorsus Cu-  
riæ ac Purpuræ Romanæ decus atque  
ornamentum. Palatum suum, quod  
incolebat, in Literatorum Gymnasium  
& in opum hospitium esse mutatum vi-  
debatur: semper etiam nativo prorsus  
odio abominabatur pecuniarum avidi-  
tatem, vindictam, tyrannidem, aut  
nimis propensum in Propinquos studium:  
Ut autem amplissimam laudem, quam  
eius merita deposcerent, uno comple-  
ctar verbo, dixisse sufficiat, quod e-  
tiam omnes hæretici, quibus æquissi-  
mos quo vis Pontifices calumniandi  
libidinem sectæ suæ fanaticus instillat,  
in Leone nihil, quod reprehenderent,  
invenerint, præterquam quod eum solo  
hoc nomine in Pontificem a Cardina-  
libus fuisse electum afferant, quia se-  
nix erat, & nulli factionum speciali-  
ter addictus.

### §. CL.

#### *Prospera ejusdem Regiminis auspicia.*

Præter communem Orbis Christiani  
applausum præcipue Romani incre-  
dibili tripudiabant lætitia; cum nil nisi  
magna in Ecclesiæ augmentum, & pro-  
ficua in populorum commodum eum  
moliri cernerent; suos enim proventus  
nequaquam in sibi sanguine junctos dif-  
fundere